BIBLIA LATINA

Klosterneuburg, um 1310/1315

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

gis in tympanis letitie et in sistris. Et prę
cinebant mulieres ludentes et dicentes.
Percussit saul mille et david decem milia
in milibus suis. Iratus est autem saul ni
mis et displicuit sermo iste in oculis
eius. Dixitque. Dederunt david decem mi
lia et michi dederunt mille. Quid ei
super est nisi solum regnum? Non
ergo rectis oculis respiciebat saul david
a die illa et deinceps. Post diem autem
alterum invasit spiritus domini malus saul.
et prophetabat in medio domus suę.
David autem psallebat manu sua si
cut per singulos dies. Tenebatque saul
lanceam et misit eam putans quod
configere posset david cum pariete. Et de
clinavit david a facie eius secundo. Et
timuit saul david eo quod esset dominus cum
eo et a se recessisset. Amovit ergo eum
saul a se et fecit eum tribunum super
mille viros. Et egrediebatur et intro
ibat in conspectu populi. In omnibus quoque
viis suis david prudenter agebat.
et dominus erat cum eo. Vidit itaque
saul quod prudens esset nimis. et ce
pit cavere eum. Omnis autem israhel
et iuda diligebat david. Ipse enim in
grediebatur et egrediebatur ante eos.
Dixitque saul ad david. Ecce filia
mea maior merob. ipsam tibi dabo
uxorem. tantummodo esto vir fortis et prelia
re bella domini. Saul autem reputabat di
cens. Non sit manus mea in eo. sed
sit super illum manus phylistiorum.
Ait autem david ad saul. Quis ego
sum. aut que est vita mea. aut cog
natio patris mei in israhel. ut fiam ge
ner regis? Factum est autem tempore cum deberet
dari merob filia saul david. data
est adriel molathyte uxor. Dilexit
autem david mychol filiam saul al
tera. et nuntiatum est sauli et placuit
ei. Dixitque saul. Dabo eam illi. ut
fiat ei in scandalum. et sit super eum
manus phylistinorum. Dixit ergo
saul ad david. In duabus rebus gener
meus eris hodie. Et mandavit saul
servis suis. Loquimini ad david clam
me dicentes. Ecce places regi et omnes
servi eius diligunt te. Nunc ergo esto
gener regis. Et locuti sunt servi saul
in auribus david omnia verba hec. Et ait
david. Num parum vobis videtur ge
nerum esse regis? Ego autem sum vir
pauper et tenuis. Et renuntiaverunt ser
vi saul dicentes. Huiuscemodi verba locu
tus est david. Dixit autem saul. Sic loqui
mini ad david. Non habet rex necesse spo
salia. nisi tantum centum preputia phylistinorum.
ut fiat ultio de inimicis regis. Porro
saul cogitabat tradere david in ma
nus phylistinorum. Cumque renuntiassent
servi eius david verba que dixerat
saul. placuit sermo in oculis david.
ut fieret gener regis. Et post dies
paucos surgens david abiit cum
viris qui sub eo erant.
et percussit de phylistiim ducentos viros. et at
tulit preputia eorum et annumeravit ea regi
ut esset gener eius. Dedit itaque ei
saul mychol filiam suam uxorem.
Et vidit saul et intellexit quia dominus
esset cum david. Mychol autem filia
saul diligebat eum. et saul magis ce
pit timere david. Factusque est saul in
imicus david cunctis diebus. Et egressi
sunt principes phylistinorum. A prin
cipio egressionis eorum prudentius se age
bat david quam omnes servi saul. et ce
lebre factum est nomen eius nimis.
Locutus est saul autem
XIX.
ad yonathan filium suum. et
ad omnes servos suos. ut occi
derent david. Porro yonathas fi
lius saul diligebat david valde. Et
indicavit yonathas david dicens.
Querit saul pater meus occidere te. Qua
propter observa te queso mane. et ma
nebis clam et absconderis. Ego autem
egrediens stabo iuxta patrem meum